

V c
2352



h.



h. 41, 39.

Vc
2352

SECULUM ELECTORATUS SAXONICI GEORGICUM

AUTORE

M. JOH. HEINRICO ERNESTI,
Poef. Prof. Publ.

LIPSIÆ,

TYPIS CHRISTOPHORI FLEISCHERI.



Prodiit in
PROMOTIONE MAGISTRORUM
SOLENNI ACADEMIÆ
RECTORE MAGNIFICO
V I R O

Summè Reverendo atque Excellentissimo

DN. VALENTINO ALBERTI,

SS. Theol. Doct. & Prof. Publ. Extraord. Log. & Metaphys.
Ordinar. celeberrimo, Consist. Elect. & Ducal. ut & Facult. Theol. As-
sess. Alumn. Elector. Ephoro, Academia Decemviro, B. M. V. Colleg. Colle-
giato, ejusdemque, sicut & Nationis Polonicæ Seniore,

PRO-CANCELLARIO GRAVISSIMO

V I R O

Maxime Reverendo & Excellentissimo

DN. JOHANNES CYPRIANO,

SS. Theol. Licentiato, Phys. Prof. Publ. celeberrimo, Facult.
Philos. Assessore & Collegii Majoris Principum Collegiato,

DECANO SPECTABILI

V I R O

Nobilissimo atque Excellentissimo

**DN. CHRISTOPHORO
PFAUTZIO,**

Mathemat. Prof. Publ. celeberrimo, Facult. Phil. Assessore,
Maj. Principum Collegii Collegiato ut & Academia
Bibliothecario.

LIPSIÆ ad diem XXVI. Januarii A. R. S.

M. DC. XCIII.





J. N. R. J.

Ergo sedet rebus letas subjungere mœstis.
Tristitiam excipiantq; hilarantia gaudia
mentem,
Quæq; sui flevit sublato vindice fati
Fortiter accepto servata Academia ferro
Desinat; Hæredis Domini quo luce levatus
Tempora prædicat Musis felicia Phœbus,
Secula Saxonis jactetque Georgica terris.

Sic faciam, ut pietas, jus, fasq; ordoq; jubebit.
Rursus enim juvenum qui præbitaserta vocatus,
Quæ capiunt Sophico studiis sudoreque festo
Exprimerem metris, alia argumenta novarum
Sumere qui potero rerum, meritaque ferenda
Ad cælum laudis, quam versu extendere versus
Nunc alio, queis me subjectæ interprete Musæ
Heroi in patrias conanti ascendere sedes
Obsequium spondent, adjunctæ civibus omni
Officio & variâ arte & nobilitate colendis,
Lipsia cum Dominum spectat devota recentem,
Et Sacramento studia offert debita dicto.

Nempe fide simili, simili pietate cadentem
Jam planxi Dominum. Velutique Academia raptum
Præsidium luxit, juvenes sic carmine longo
Ornasse adjectis memini præconia metris,

A

Tra.

Tradere ceu placuit, cunctas vulgasseque laudes,
Conspexisse datum est viridi quos Daphnide cinctos,
Publicus ante annum prohibet cum gaudia luctus,
Sveta habitu miseri celebramus festa que mæsto.

Sed capiat, dignus veniens, ut demptus, honorem est
Princeps. Siq; altus longissima carmina luctus
Fudit, dicendis cur non sint versibus apta
Mæstitia recreant pulsa quæ Jubila mentes.

Inprimis cum vix narrare recentia dona
Detur & exhibitas verbis describere dotes.

Prima salus fuerat magni post fata Parentis
Ex aliis Sobolem terris spectasse reversam.

Alteram post curata Patris pia funera Divi
Subjectis vultus ostendi Principe dignos,
Præsentique fidem recipi inter vota precantum.

Tertia Mavortis terris arcere tumultus
Commisfis, tectis sævas prohibereque clades,
Affluerent multis cives, præstareque, rebus.

Quartaque. Sed poterunt quæ verba exponere quartam?
Quantum est conjugii quod juncta est lege marita,
Et stirpe & virtute ingens, pietateque Diva

Multa & notitiâ rerum splendoreque forma,
Finem sumturo sua complementa datura,
Quod centum, spatio, rursus concluditur annis,
Perfectura amplis & secla Georgica donis.

Haud sit totque bonis in mente libido canendis?
Quin fuerit. Jungentq; operas sua ferta gerentes
Nunc iterum Sophico donati munere frontem

Dicti-

Dictique in variis solenni voce Magistri
Rebus, callentes, quibus omnes credimur, artes,
Ponere barbariem cultosque assumere mores.

Qui rerum fuerit mox ausit dicere nomen.
Mox per quod durent spatium qui scribere tentet.
Materia alterius fuerit, qui tempora vixit
Per dicta & magnas res gessit maximus Heros
Factisque obscurat gesta antiquissima Princeps,
Regibus & Ducibus major, virtuteque diâ.
Dona enarrabit quidam sic præbita mundo.
Adjicientq; alii, res tristia fata parantes
Janorum utque manu sint pulsa nocentia forti.
Est, qui de prisco producet secula mundo,
Quæque orbis stupuit felicia tempora vastus,
Saxonicisq; suo collatis carmine rebus
Cedere sponte bonis antiqua recentibus addet,
Temporibusq; aliis præstare Georgica cunctis;
Sive Augusteos grandis Roma efferat annos,
Seu Salomoneum Judæ ingens natio Regnum,
Sive etiam Henricos deprædicet Anglia justos,
Ludvicosve suæ fortes det Gallia gentis.

Sed propriis meliùs proponent omnia verbis,
Postquam desierint Sophici solennia festi
Assiduè eximii priscis ut moribus, ampli
Sic nunc Magnifico Rectore, ipsisque brabeutis.

Quis satis ALBERTI verbis præconia scribet?
Quo pars laudandi sese effert ultima secli
Valde etiam, curisq; plagas florere patebit

Artibus Ensiferorum omnes, Musisque politis
Saxonicas, rerum cultis studiisque sacrarum.
Hic Pindi Reſtor ſed tradita Sceptra gubernat.

Martisburgiacis nova præmia didere juſſus
Non minor auspiciis naturæ aperire recessus
Eusebiamque potens CYPRIANUS prodere ſanctam.

Quin pariter decori eſt Sophici caput ordinis, acri
Secula menſurans ſapientis acumine mentis,
Mundique Euclides deſcribens PFAUTZIUS orbis.

Accedunt juvenum qui dona examine factò
Explorant, dignos inveneruntque coronis,
Miſniacæ facerent ſeu rem ſub nomine gentis
Res geſtas referens RECHBERG linguamq; Pelasgum;
Sive loco Bavarum docti DICELIUS orbis
Pars cenſenda ſuis meritis; ſeu gente Polonus
Flexanimæ SCHMIDIUS ſimul eſſet gloria Svadæ;
Seu ſorte urgeret cenſoris Saxo favente,
Munus, dura bonis ſuperans cognomina rebus
Mollitiæ & Sophicæ ſe vincens HARDTIUS artis.

His igitur dum feſta viris ſua Præſes Apollo
Factitat, & rebus jam terminus imminet actis
Oſtendunt iterum juvenes ſeſe ordine factò,
Spectantumque ſuis precibus Cœliq; favore,
Orato emiſſis votis pietateque cœptis,
Quæ per centum annos Domini bona munere ſumat
Saxonia, incipiunt ſic carmine prodere fuſo,

I. JOH.

I.
JOH. ERNESTUS Deutrich/
Ileburgensis.

UNde hæc obveniant, quæ pono, nomina scribes.
Hos centum elapsos, quæ nunc concludimur, annos.
Bis duo quodque regunt uno ordine voce vocati.
Una Electores, dato secla Georgica dici.
Nec sine felici rebus vox omine sumpta est.
Cultis signat agris qui multa Georgius affert.
Hocque etiam veniunt optati tempore fructus.
Quin etiam instar agri tractant, quos, pectora, sistis,
Hac tua non pauci præstantes arte Magistri.
Non mihi SOMMEROS vincat bonitate colonus,
Qui patriæ variis nunc vertunt frugibus arvum,
SCHELLIADEMque pari studio, ANDREAMque fidelem.
Post hos ut pingvem te curavere novalem,
Lipsiaci ad Thomamqueis tradita prædia Ludi,
THOMASIUS, fuerit cui non par villicus olim,
STÜBELIUS variis operis LEIBNITZque parati,
SCHELLIUS ex patriâ adductusque ad Lipsica tecta,
Quique sua ERNESTI cupiat candore putari
Solo, sive occet, seu sulcos vomere ducat.
Quod libris indent, sed sit, Columella politis,
Varroque, si norint, ut FELLER germina plantet,
Utque oleas OLEARIADES, ceu jungat aratro
Jumenta HESHUSIUS, campos RECHBERGque repurget,
Sidera seminibus ceu convenientia spectet
PFAUTZIUS, ut septum fundo DICELIUS addat,
Mancipia ut tractet MENKENIUS, utque fluentis
Siccus RIVINUS multo sole irriget agros,
Felicique manu SELGMANNUS semina spargat;
Et vigili ALBERTI velut omnia mente gubernet.
En cultum! quos non mundo dabis, optime, fructus?
Ingentem spondet messëm, jam verna Sacerdos
Dum Wesnigenensis SCHWABIUS sibi gramina sumit.

II
JULIUS CHRISTIANUS Reichel/
Rosvino-Misnicus.

Nomina, da, quid sit, post dicta Georgica, seclum,
REICHEL, pro quovis vocem hanc nec tempore dici,
Signes, sed spatio, centum quod clauditur annis;
Qualia bis nato Christo octo fuere, Camoenis
Nostrisque ornandum, quod mox absolvitur, unum.
Et cur non ponas? Dispensas tempora rectè,
Quidque hoc, quidque aliò fieri Tibi competat anno,
Et monitu nosti proprio, monituque Parentum.
Patria dat primæ fidei fundamina pubi,
Commisam tractat dives Friberga juventam,
Cecropias Veneres promit, Veneresque Latinas,
Hebraicasque ausu facundo **FRITSCHIUS** artes,
LIEBIADES Charites Logicis immiscuit ipsas
Technis, antiqui mundique recensuit acta,
Conciliat Syadam **RABNERUS**, nosseque terras,
Tunc Fribergensis, nunc Afrani Alpha Lycei.
Ast Musis aliud tractandis Lauba poposcit
Tempus. Qua juvit quamplurima discere sede.
Dux fuit annorum **WEND** prudens arbiter, inque
Mensibus addendis **HOFFMANN**, non artibus impar,
Lipsia post rectè hic consumptum suscipit annum,
Justoque ætatem provec̃tam tempore versat.
Partem habet **ALBERTI**, partem **MENCKENIUS** aufert,
Datque alia **CYPRIAN** non pauca & **PFAULTZIUS** horâ.
Nunc agit **HESHUSIUS**, nunc **RECHENBERGIUS** ardet,
Est sua, quo **SCHMIDIUS**, sua quo **DICELIUS** addit.
Imo dies dictum est fastos differre profestis.
Sabbatha **SELGMANNUS** dat & **ITTIG** septima, sancti
Festa **OLEARIADES**, **CARPZOV**que at cætera, mystæ.
Ergo temporibus sic discis, chære, putandis.
Et rectè. In terris qua maxima commoda præstes
Notitia hâc, Numen, cui fidis, noverit horam.

III. JOH.

III.

JOH. JOH. Gottlieb Hoffmann/
Lipsiensis.

REs, HOFFMANNE, tuas commendat gratia grandis,
Nomina seu videam, seu quæ te patria gignit,
Sive artes sumptas, propensos sive Patronos.
Quod dixi, ut scribat, Phœbus sic ipse profatur:
Acceptum Domino germanica nomina sistunt,
Quique aulæ, juvenem, pariat justa arte favorem,
Corda bonis at fert hebræus plena JOHANNES.
Lipsia progenit. Dant artes corcula Phœbi,
NICLAO sacri patriæ pia Numina Pindi,
VOPELIUS cantu pollens, studioque juventæ
Formandæ KESTNER, Papæ LANIQUE furorem,
Effugiens melius, mortem quam GAUCHIUS atram,
Pectore complexus dotes variasque CYRILLUS.
STARKIADÆ juvit studium post publica privum,
NITSCHIADÆque boni BOETGERIADÆque placentis.
Sed tulit illustris plures Academia amores.
Allicit ALBERTI & FELLERUS nostra voluptas,
Sumptis HESHUSIUS doctis CYPRIANQUE Camœnis,
MENKENIUS mores formans, SCHMIDIUSQUE loquendo;
RECHBERGQUE historiam dans, res MARQVARTQUE politas.
HORNIUS Eusebiam placant, GÜNTHERQUE Sacerdos,
Gaudia CARPZOVIUSQUE OLEARIADEQUE Sionis,
Quemque poli propius, RIVINUS, Numina servant.
Lumina dicta docent. Sed amant censentque tuendum
ALBERTI ex dictis RECHBERGERUSQUE Patroni,
GÜNTHERQUE exposito CYPRIANUSQUE ordine censi,
Templi WAGNERUS quos auget Præco Johannis.
Dixit. At ipse memor quod gratia multa beârit
Hoc seculo terras, & qui per tempora vivunt
Laudanda, Heroës simul omnes esse Johannes
Dictos, HOFFMANNNO variato nomine, mandem
Voce Johannea quoque secla Georgica dicat.

IV. ABRA-

ABRAHAMUS Petsch/

Colditio-Misnicus.

Est etiam ALBERTI de stirpe GEORGIUS unus,
 Ante his Saxonis qui Princeps præfuit oris,
 Ex ERNESTINA gladii quam stirpe venirent
 Ad genus ALBERTI prognatum ex sanguine fortis,
 MAURITIUS nobis primusque Elector adesset.
 Tempora sed nostræ non curant ista Camænæ.
 Electorales solumque exponere mens est
 Annos. Quod doceas, PETSCHI, tibi mandat Apollo,
 Certior ut res sic distincto nomine fiat.
 Nec majora tuis commissa negotia rebus.
 Distinctus vivis nascendi sorte locoque
 Abs aliis etiam, Phœbi auxilioque faventis,
 Natus Colditii es justo prætore Parente,
 Urbis habes pubem dictæ Fratremque regentem.
 Quis fatis extollat polientes pectora Musas?
 Frater prima facit. Grimmensis sidera Pindi
 Post hunc, à rudibus quibus haud sejunctior ullus
 Mentibus, invadens doctis prægrande SAGITTIS
 Monstrum barbariem, pellens similique SIBERUS
 Virtute, & PETERMANNUS robustior ipso
 In vitium saxo, SCHÖNBACH, dulcisque JACOBI,
 Splendida Lipsiaci plus addunt sidera cœli,
 ALBERTI Phœbus, Phœbo lucentior ipso;
 Ætheris æternis CYPRIANUS culmina pulsans
 In Musas meritis; stellæ RECHBERGIUS instar
 Dispergens radios; fandi SCHMIDIUSque peritus.
 Quis tanta obscuri à pulchro discrimina dicat?
 Distabuntque magis, constant si porrò foventes.
 Nec deerunt. Favet ampla Tibi gens morte cadentis
 CONRADI nuper, FRISIUS, RECHBERGque Patroni
 Eximii. Cui multa voves pro munere multo,
 Nec se mutabit patriæ ingens BORNIVS Atlas.

V.
JOH. CHRISTOPHORUS Harnisch/
Numburgensis.

Nomina res sequitur post dicta. **GEORGIUS** ergo
Heroum primus, qui secla Georgica fundant,
Laudibus, **HARNISCHI**, facito docto ore feratur.
Et vires possis pellendis hostibus aptas
Scribere. Munitum namque armis pectus adumbras.
Sed placeat potius numerosos acta per annos
Vita: & quod rebus nobis nil dulcius istis,
Et propriis longam quod spondes ipse senectam
Rebus. Multorum superat Tibi luce dierum
Conspicuis, Genitor Patriæ prætorius amplæ.
Quam dat **TOEPFERUS**, nihil est vivacius, arte,
Dux Numburgensis Pindi. Post Porta recludit
Queis Musæ faciunt potantes vivere, fontes,
Ipse his grandævus factus **LAURENTIUS** undis:
Humorem in vitam dans perpetuamque fluentem,
FRANCKIUS: in multos qui sit durabilis annos
GUNTHERUS dignus: soloque hoc nomine durus
Non pauca **HARTMANNUS** sibi quod per secla manebit;
Perpetuam laudis suscepturusque coronam
KRONMAYERIADES, **ROESSE** Rque ad sidera dandus
Post longum spatium. Quis non sic vivere discat?
Vivere sed liceat, porro fecere Camœnæ
Lipsiæ. Vives, **ALBERTI** vivida vox est.
MENCKIUS haud moriere inquit, **RECHBERGIUS** inquit.
Quem non durandi **SCHMID** fert, **CYPRIAN**que vigorem?
FRIDRICI ut valeas, **PFAULTZ**, **FRAUENDORFIUS** optat;
Et plura **ERNESTI**, quàm possidet ipse, precatus.
Et quid? **CARPZOVIOS** nonne audis ferre salutes
Atque **OLEARIADAS**, **SELGMANNIADA** Sque, valere
In quas cœli escæ suntæ de flamine possunt.
Vive igitur, cupiunt ut, qui Te, vivere, tractant.
Et bene! Perpetuum Numen, vita, annuit, ipsa.

B

VI. JOH.

Apriscis laudabis avis, qui secula magnis
 Nobilitant celebranda bonis, cognomina spectans
 Ante alios scribesque HENRICOS propria claros,
 Cujusque inprimis ductu se credere Christo,
 Omisso Prussi cultu cœpère Deorum.
 Et poteris Studiis etiam ferventibus ipsum,
 Nunc emendandis pravis te moribus aptas.
 Fundamenta locat LEHMANNUS prima, Sacerdos
 Pegaviae Sanctus; posuit, qui Lipsica Templi
 Syada animat dulci, GÜNTHERUS tempore multo
 Annos perque decem dispensans Phocidis undas
 Hospitiumque: locat Zittanae WEISSIUS urbis
 Gloria Parnassique Decus, splendorque Thaliae.
 Lipsiaci accedunt fulgentia Lumina Pindi,
 STARCKIUS Ebraicas Veneres, Veneresque Latinas,
 Et Græcas STEINBRECHERUS, FABRICIUS addens,
 Et LANI, & fidus Rector GROSSERIUS urbis,
 Quæ prisca dudum jactat se turribus arcis,
 Et Sophicas lingvis jungens WEIDLINGIUS artes;
 Principis imprimis tradentes dogmata jussu,
 ALBERTI, Præses Parnassi, osorque malorum
 CARPZOVIUS morum, vitæ promusque politæ
 MENCKENIUS, vero fervens probitatis amore
 HESHUSIUS, CYPRIAN pugnans in crimina multa
 Notitiâ, paribusque OLEARIUS inclytus armis,
 Pierides SCHMIDII, RECHBERGERI, FRIDERICI,
 Grandisque ITTIGII, ERNESTI gracilisque Camæna,
 Horum operis quis non vitium depellere discat,
 Puræque insinuare suis Virtutis amorem?
 Barbariem nec sic HENRICUS moverit omnem?
 Moverit. Auxilio sanctis conatibus adsit
 Qui magno, HENRICUS quo detur celsior opto.

VII. ROMA-

VII.
ROMANUS Teller/
Lipfienfis.

ROMANUS laudes TELLERUS Principis ornat
Defuncti ante annum. Qui fecla Georgica laudet,
Nunc quoque ROMANUS nobis TELLERUS habetur.
Ergò ut cantabat sobolem prior ille relictam,
Posterior fcribes fic dictos carmine fratres,
Ipsi etiam efficiunt qui fecla Georgica faufta.
Ut facere id rectè poffis, dat fcita Minervæ
Stirpis TELLERUS, Wurzenfis nobile ludi
Mufarumque Decus, divini pabula verbi,
Et RABSILBERUS qui Ramsdorffenfibus offert.
Inftroxere etiam Portenfes munera Mufæ,
Sive fuis vicibus LAURENTIUS ordinet ipfa,
Rem faciat, GÜNTHERque HARTMANNI aut provida dextra,
Clio, five fuis venerandis FRANKIUS aris
Deditus, Eufebie. Cæpto fed Lipficus inftat
ALBERTI Phœbus, veteres vincensque Platones
MENCKENIUS. Quæ non CYPRIANI cauta paravit
Sedulitas? Græcas tradit RECHBERGIUS artes.
Nec plane ERNESTI docuit tibi vifa tacenda.
HESHUSIUS meliora monet. Nec laude minori
REDELIUS novus antiftes fert digna Sacrorum.
Quique facras etiam gaudent expromere dotes
Fructu CARPZOVILLIS plenus, SCHMIDIUSque fabrorum
Pars culta Eufebies, Templi GÜNTHERque Sacerdos,
His TELLERE igitur fifus tua munera rebus
Aggreditor, quæ Parque Ducum præconia fummaum,
Sifte, fibi pofcit. Numero fed Mufa canendo
Ne nunc deficiat, rem tu melioribus effe
Temporibus finito, contentus, munera magna
Si precibus jam firma optes, utque ignibus ardens
Illuftrem imprimis devotis flamma jugalis
Civibus accendat Sponfis ipfisque Salutem.

VIII.
JOH. ANDREAS Glauch/
Lipsiensis.

Lactifluum referes quondam, GLAUCHI optime, Patrem,
Defuncto similis doctrina, pectore, voce.
Tertius accipiet, quem gesta, GEORGIUS ergo,
Ex JANIS dulci svada celebrare juvabit,
Musis, Te viso, venerandus dicit Apollo.
Nec mora. Delatum munus sic suscipis orfus:
Contigit in Patriæ cui fundere commoda vitam,
Laudabo heroem. Præstate silentia rebus.
Ex stirpe exoritur, quâ non antiquior ulla est.
Saxoniam fugiunt quem Reges, pondera mundi
Immensa antiqui? Commissa Juventa Magistris
Egregiis crevit pulchrè, ductuque Parentum.
Cura Dei primum data, servandæque Themistos.
Armorum studium post sumtum est. Fessaque si quæ
Reddere membra quies debet, quæ magna doceret,
Electa est, rectè venari, & fingere pugnas.
Factis non est par humana hæc Musa ferendis.
Extinxit Pestem. Cererisque abscondidit iram.
Mavortis Gallos fregit Turcasque furores.
Teutonies capiti sedem servatque Viennam.
Conjugio Divam Danorum ex sanguine junxit.
Divinam binos sobolem Natosque relinquit.
Atque ô quam dignis cecidit quoque Principe fatis!
Dicite per totum si quis spectatior orbem.
Desieras. Laudant dotes sed Principis omnes.
Teque etiam monstrant rectè formasse Magistros.
Seu bona GAVCH præstet, pubis Torgenseque lumen
ZIEGKIADES; faciat sua sive ITTIGIVS in Te,
GÜNTHERVSque favens, certus CARPZOVque Patronus,
Doctoresque alii. Quis non tua munera jactet?
Et male! TELLERVM quòd tollunt fata faventem.
Ast esto. Haud deerunt Tua qui Tibi dona coronent.

IX. JOH.

JOH. DAVID TISCHERUS,

Coldicensis Misnicus.

ENsiferi, quo sum, rationes expedit, ortus,
 Continuo à proavis venerandis ordine quartus.
 Stirps cumque Heroas sic patria viderit omnes,
 Mox TISCHERUS ait, fas sit me tradere versu
 Quatuor ex summis opibus virtuteque magnâ
 Principibus, queis nunc se secla Georgica jactant.
 Nec minus ipse fui Phœbo Musisque fidelis
 Per longum spatium. Norunt prima acta juventæ
 DIBBELTUS, SCHMIDIUSque sibi commissa sacro
 Qui loca nunc verbo spargunt. Illustre Lycéum,
 Alludens quod Mulda fovet, successit in ausus
 Primos, SIBERO, PETERMANNoque probante,
 Quod gestum est, pulchras quique artes nomine signat
 Non minus, atque amnes, SCHÖNBACH, similique putando
 Judicio ERMELIO, cantus docto que JACOBO.
 Lipsia res complet gestas. Exempla dederunt
 Parnassi ALBERTI consul, CYPRIANque senator,
 Aonidum quæstor fidus SCHMIDIUSque fororum,
 Palladii HESHUSIUS RECHBERGIADESque Tribuni,
 Vitam MENCKENIUS Censoris more gubernans,
 HARDTIUS Ædiles HILSCHERIADESque Minervæ,
 CARPZOVIUS sanctæ Pater Eusebiesque Patratus,
 Arvalisque OLEARIADES vel nomine frater,
 Flamen FRIDRICI doctusque ZOEGA dialis,
 Qui dat nocturnus parva, ERNESTIque, Triumvir.
 Dixerat. At laudant rationes ritè putatas
 Lipsicus ALBERTI Phœbus, Dresdanaque KELLER
 Astræa, & patriæ TSCHAU vectigalia curans,
 Principis HOIMIARES commissa æraria servans,
 Arcanis multis & WOLFRAMSDORFIUS ardens,
 ERDMANSDORFIADES venantis cura Dianæ,
 Sacri KNOCHIADESque caput, dextra osque Senatus.

ISRAEL CLAUDERUS,

Delitio - Misnicus.

OMnia sacra noto, si te, CLAUDERE, videbo.
 Doctor erat genitor, qui dogmata dia docebat,
 Ut maternus avus. Divinae Sacra sacerdos
 Ipseque ut Eusebicus quondam mactare verendus
 Posses, Sacrae etiam te curae animumque dedisti.
 Rectius haud igitur facies, quam scribere tentes,
 Si sermone pio divina GEORGIUS alter
 Ex JANIS operis ut tractet scripta diurnis,
 Nocturnisque simul, lingvamque evolverit ipse,
 Quam sanctos numen libros conscripsit, Eoam,
 Laudando ut Sacros tractares more labores,
 Cum Schola praemisit, tum visa Academia Musas.
 Martisburgiaci promunt non pauca Lycei
 Lumina, KVPFERVS, Musis laudabile castis
 Pectusque ILMERVS, bene formandaeque peritus
 HILDBRANDVS pubis, rerumque in pectore magnam
 Doctrinaeque penum varia CELLARIVS abdens.
 Lipsia ceptum urget. Sophies vulgare recessus
 Incipit ALBERTVS, lingvas adjungere spectas
 STEINBRECHERIADEM, Christi partemque receptam
 CHRISTIANVM in gremium Verporum ex gente malorum.
 Res RECHBERGIADES tibi gestas tradidit orbis.
 Prudentem SCHMIDIVS fecere artisque loquendi
 GROSSERV Sque animum. Sic fundamenta locabas,
 Dogmata sed positis veneranda OLEARIVS infert,
 CARPZOVIU Sque ipsum complexus mente Sionem,
 Limpida RIVINVS caelique fluenta ministrans,
 Illustres igitur sic doctus scribere laudes
 Egregie poteris. Quin omnia prospera cedent
 Sic tibi post etiam. Veterem servare favorem
 Martisburgiacae lux NAHRENDORFIUS Aulæ,
 Hippocratesque parant Phylureæ BOHNIUS urbis.

XI. JOH.

JOH. MAURITIUS STOHRUS,

Grimma - Misnicus.

MArtis Mauritius scribes S T O H R I optime turbas.
 Quosque bona Heroas fundare Georgica constat,
 Et belli studiis pones per sidera ferri,
 Nunc proprios domibus prohibentes fortiter ignes,
 Externos firmos nunc hinc remove tumultus.
 Quin etiam ipse virum poteris mihi sistere fortem.
 Semina prima dedit Genitor venerabilis, ortum
 Unde trahis, gestans animos sub pectore dignos
 Hectore, seu Scholicos sibi poscat Porta labores,
 Grimmave; seu verbo pascat Schvartzbachica rura.
 Innatas auxit mox decertatio vires.
 Grimmani auspiciis florens Schola parva Senatus
 Dat tyrocinium, videam. Stipendia solvit
 Ipse secunda Pater. Grimmanum illustre Lyceum
 Tertia constituit. Multam laudare S I B E R U S
 Virtutem & P E T E R M A N N U S, praestantior ipso
 In debellandis vitiis Agamemnone pubis,
 Nullis inferiorque viris S C H O E N B A C H I U S armis,
 E R M E L I U S que æquis meritis clarusque J A C O B I.
 Lipsiacam ante alias sed fas celebrare palæstram.
 A L B E R T I Herculeos stupuit R E C H B E R G que labores.
 P F A U T Z I U S egregios probat atque H E S H U S I U S ausus.
 Non se M E N C K E N I U S spectat C Y P R I A N que relinqui,
 Semonum ex numero licet ipsi robore praestent,
 F R A N C K S T E N I U S que heros, sacrisque R E D E L I U S aris
 Admotus, S C H M I D I U S que, H I L S C H E R U S que optima praestans,
 Tela levi E R N E S T U S clypeoque hostilia pellens.
 Ut Domini taceam L E H M A N N O S bella gerentes
 G ü N T H E R O S que pios, O L E A R I A D A S que Verendos,
 His igitur gaude pugnis, speraque coronas.
 A L B E R T I imponent, O L E A R I A D E S que brabeuta,
 Et duo F R A N C K S T E N I U S K E L L E R U S que ora Themistos.

XII. LUDO.

XII.
LUDOVICUS CHRISTIANUS CRELLIUS,
Neostadiensis.

Novimus egregio nuper te tradere scripto
Hæreticos verum conantes tollere Numen
Voce Monarcharum dictos ob credita priscis.
Quid scribas igitur? Gredo nihil aptius esse,
Quam cauto Dominos vigilantes pectore, falso
Doctores pacem ne turbent dogmate sacram,
Sive lupos nossent, vulpes seu fraude venirent.
Et tibi provisum est etiam, ne prava nocerent.
MVNKIVS inceptit Meinungæ, cautor acutus,
ERCKENBRECHERV Sque viri collega fidelis.
Non cura cavet tibi provida Ciza minore,
Nunc duce **KOEBERO**, nunc quem vis laudibus ornem,
GLEITSMANNO, ante alios. Tamgrandes Lipsia curas
Optima continuat. Quis circumspectior ipso
Principe Parnassi **ALBERTO**? Consultior urget
Quis bona commissæ **CYPRIANO** danda juventæ?
Nemo **OLEARIADEM** vincat. Prudentia non est,
CARPZOVII studio quæ par. Non tempus habebis,
Quo non consuluit **SCHMIDIVS**: possessa cavendi
Prudens quo non dat **RECHBERG**; attentus haberi
Quærensque **ERNESTI**; censendus cautior hocque,
A verpis **CHRISTIAN** quo plura pericula sensit;
Sollicita **HARTIADÆ**que manus; laudandaque docti
Sedula **WERNERI** mens, invigilansque **FRIDRICI**.
Sed sic prospectum est studiis. Benefacta Patroni,
Quæ reliquis profint rationibus, ipse loqueris.
Utque apponendas laudes sibi Vitricus aufert
TRIERIVS ante alios, faciles sic Lipsia jactat
Mox **RAPPOLDVM** urbis lucem; qui promptus egenis,
FELLERV Mque, fuit: Pallas quemque alma Themisque
PLAZIADEM urbsque omnis veneratur. Rebus amicus
Quemque tuis etiam porrò optat Apollo faventem.

XIII. GEOR-

XIII.
GEORGIUS GREGORIUS FRANCISCI,
Muscoviâ - Lusatus.

REs decantandas tibi tres tria nomina sistunt.
Franciscus poteris monachos memorare remotos.
Agricolæ his terris bene culta Georgius arva.
Gregorius vigilans pro nobis grandeque Numen.
Sed tamen excubias Domini præferre juvabit,
Quæ dixi, reliquis. In nostrum hoc tempore non est,
Numina quod sistat magis usum provida cœli.
Ipseque, si videam, vigilantia cuncta tenebis.
Muscoviæ Genitor pro sanctis excubat aris.
HEMPELIVM laudas, MARTINVM pellere somnos,
Qui commissus eras, tibi quò tua pectora forment,
TREIBERV Mque Scholæ patriæ rectâ arte Magistros,
Budisæ pubem vigilarunt fulcra docentes,
ROSENBERGIADE Sque caput, capitique fidelis
ANDREAS socius. Placet & custodia docti
JENTSCHIADÆ & sumta nunquam statione movendi
WAGNERI. Sed quot tandem non Lipsia profert
Gregorios? Fuerit SELGMAN, quem Thaumata signant;
Eloquio nam mira facit. Nyssenus habetor
ALBERTI; nam multa docet. Post funera Patris
Qui fert pastorale pedum, CARPZOVIVS esto;
Par namque & sorte est. Hispanus dogmata tradit
Quin OLEARIADES dulci Vigilantius ore.
Et quorum studium temerare Camœna veretur
Versibus exiguis, seu nunc, CYPRIANE, videres,
Quæ faceres, seu nunc FRIDRICI invisa quietis
MENCKENIVS fugerent SCHMID, RECHBERGque otia lassæ,
HARTIVS & GROSSER, finitis nocte dierum
Excubiis FELLER mortisque sopore sepultus,
Quem non tot curæ facerent, mihi ferto, peritum?
Quin benè post etiam fuerit. Genitoris amore
Pro nato vigilat quoque CALLENBERGIVS Heros.

C

XIV. CHRI-

CHRISTIANUS GELLERTUS,

Cizensis Misnicus.

Nomine fel nobis durum occultare videris,
GELLERTE. At trades svavissima foedera Pacis
 Osnabrügensis nexu hoc coeuntia seculo
 Dulci, Saxonicas multisque beantia Terras
 Ante alias, gratô melle ipso carmine pleno.
 Pacatamque etiam servas sub pectore mentem.
 Spem primam instantis pacis caducifer affert
CADESREVERTERVS Cizensis pectora pubis
 Placans; deterior non pacificator habendus
KOEBERV S; placido callens fecialia jura
 Omnia **G**LEITSMANNV Sque animo, quæ rebus' agendis,
 Ad loca, dicta ipsis, præstansque venire volenti
 Conductum (in solitis verbis ignoscite) salvum.
 Lipsia tractat opus. Summa gravitate potenti
 Eloquio **A**LBERTI partes ad mollia flectit.
 Ex vetere ut coeant majorum exempla novaque
RECHBERG historia nova foedera more recenset,
 Qua possit, finit, pax conditione parari,
 Et visa **H**ESHVSIVS firmis rationibus armat.
 Prospiciant, reliquis commissa negotia, rebus;
 Naturam ut servet, **C**YPRIANO; ut protegat artes
FRIDRICO, **W**EIDLINGIADÆ, quique affidet aris
 Nunc benè, **R**EDELIO; quæ parva, ut cætera curet,
ERNESTO. Rebus sed providere profanis,
 Quos dixi. Eusebies mysteria sacra verendæ
CARPZOV tranquillat, **S**EELGMANque, **O**LEARIVS, ævo
 Ex Salomoneo restansque **I**TTIGIVS, instar
 Angelicæ pacis portantes gaudia lucis.
 O salve, Pax alma mihi! Quam munere sumto
 Felices vivent, si spargere commoda possis,
 Secura ostendent loca, **L**VDWIG templa Sionis
 Cizensis pacans, totamque **H**ELLDORFIVS aulam.

XV. JOH.

XV.
JOH. GEORGIUS OLEARIUS,
Sangerhuf.

GRatas Saxonicae præbent hoc tempore vites,
Acceptum vinumque plagæ, mcerore levari
Sive animum par sit, tristes seu corpore morbi
Pellendi, seu sit recte excipiendus amicus.
Has cantabis opes, OLEARI. Nomina svadent,
Ut facias æque sistentia nobile munus,
Ut vitis svave est pomum. Quin mente beatas
Divitias servas, queis nulla acceptior uva est.
Implet Te primis Sala istis dotibus annis,
Sive animo intentus formando ROTTHIUS esset,
Hallenensis quondam longè extollenda Lycei
Gloria, Lipsiaci sed nunc nova fama Sionis;
Seu pectus Clariis humoribus ipse refertus,
In juvenesque suis meritis PRÆTORIUS amplius.
Lipsia plura dedit, plenissima vinea fructu,
Qua vix Cecropiosque magis præpingvis Oliva
Exornet campos. Fundo venisse Falerno,
Quæ SCHMIDIUS profert, credas, pulcherrima vitis;
Quæ CYPRIANUS habet; dives quæ Cella FRIDRICI;
HESHUSIUS quæ dat grata, ALBERTIQUE, sapore;
Tradere quæque solet largis MENKENIUS urnis.
Fundere RECHBERGERIADES sed Cæcuba svevit,
HARDIADESque uvis dives, LANIQUE lagena.
Hi vina. Ast Olea affundunt mollissima, sacras
Quotquot opes promunt, PFEIFFERUS firma Lubecæ
Mœnia nunc curans, GÜNTHERUS, MOEBIUS annis
Clarus, divinis succis SELGMANNUS abundans,
CARPZOVIUS verbi pingvedine vulnera sanans,
HORNIIUS, & fatis raptus RIVINUS acerbis,
His & qui donis OLEARIUS omnia vincit.
Sic ditavisti mentem. Tu sumta locabis
Rectè. Sufficiet, qui monstrent, fido, Numen.

HEINRICUS BONIK, JOH.

Budiffa-Lufatus.

SAxonice non parva dedit Lufatia Ternis
 Augmenta, elapsis quod nunc concluditur annis,
 Tempore. Namque iterum prius agnita iura recepit,
 Saxonis Imperioque regi nunc Principis orsa est,
 Misniacæ rexit quondam ceu Marchio. Terræ,
 Sic tibi, quæ dicas, fuerint. Lufatus es ortu,
BONIKI, patriamque voles extollere cāram,
 Nuncque auxille etiam studiis monstrare salutem
 Rebusque aggestis magna incrementa dedisse.
 Ostendere viam primum **HOLZHAMMERVS**, ab annis
 Qui teneris tibi ductor erat; qui Græca paravit,
 Ut nosset, præstans **ANDREAS** robore mentis;
JENTSCHIUS; atque operas **ROSENBERGERUS** amandus
 Ob multas; meritisque suis qui vicerat omnes,
ZEIDLERUS, verbo velut implens templa sonante,
 Non numeranda tibi sic dans benefacta, favore
 Et veterum immenso referans mysteria Patrum.
 Cœpit opus. Majus fecit sed Lipsia cœptum.
 Quas non **ALBERTI** potasti ex fonte salutes?
 Quas non ingessit menti prænobile dotes
 Corchum **MENCKENIUS** Charitum, **CYPRIAN**que **Thalix**,
 Et Phœbi **SCHMIDIUS**, quæis nulla refertior arte
 Pallasque extiterit, **PEAVTZ**, **RECHENBERGIUS**, ipso
FELLERVS mentem jam divam nectare potus,
 Reque ita sanctus opes **SELGMANNI** ceu voce beatas
 Promens, **HARTIADES** doctus, **GROSSE**que peritus.
 Hi mentem tractant. Annon sapientia sentis
 Ut cumulum accipiat? Sentis. Sentireque possis
 Ulterius facient, quos grata mente Magistros
 Non tantum profers, sed & ampla laude Patronos
 Munificos scribis, **RECHBERG**, **SELGMANNVS**, & omni,
 Quem promptum ante alios, **ZEIDLERVS**, tempore credis.

XVII. JOH.

HActenus innumeris crevit stirps Saxonis aucta
 Dotibus: Inprimisque sua quod prole locata
 Regibus & ducibus cognato sanguine junctam
 Teutoniem pariter teneat peregrinaque regna.
 Convenit hoc, SEYLERE, tuæ cantare Camœnæ.
 Nam Domino Ensiferi Patriæ olim filia nupta est,
 Vestrâ ut Saxonicus gaudet jam Principe Sponsus.
 Quin imo ipse etiam nobis ardere videris.
 Heilbronnense parat Musas, Rectore, Lycæum,
 KREBSIADA, verbo qui nunc loca credita pascit,
 STÜBNEROque Scholæ post istum sceptrâ tenente.
 Sed magis accendit mentem tibi Lipsicus ardor.
 Flammas HÜBNERUS fuggeffit, flammeus ipse.
 Ignesque apposuit LVDWIG, complexus & ignes.
 Sique recusares Sophien non mollis amare,
 Flexit STEINBRECHERIADES, qui frangere saxa
 Scit: quorumque animos veluti sibi fœdere junxit
 Conjugii Pallas, RECHBERG, ardentior ipsis
 Tædis, dilectæque aptus CYPRIANUS amicæ,
 MENCKENIVSque decus nuptæ, SCHMIDIVSque paratus
 Ignibus augendis semper, post fataque nondum
 Pectore FELLERVS lapsus, quique excitat ignes
 Morte hac extinctos, ERNESTI, viribus impar
 Sit licet, & blando DICELIVS ore vocatus:
 Sacrum OLEARIADES thalamum quique addere tentant,
 GÜNTHERque, Eusebies RIVINque erepta voluptas.
 O quam sancta Venu! Quis non bona quæque precetur?
 Ante alios patriæ præstabunt BRAVNIVS urbis
 Consul; SCHOEPIADES sancti venerandaque templi
 Gloria; quique gerit Celsi se STEINIVS instar;
 Consiliisque valens rectis FIKSCHERIVS; alpha
 Quique Senatorum meritis se FRANCKIVS effert.

JOH. CHRISTIANUS KELLER/

Serveſtâ Anhaltinus.

FAustos plena bonis faciunt granaria cives,
 Hâcque etiam noſtra excellit Provincia laude,
 Imprimisque meo ſurgit data gloria ſeclo.
 Nomine Cella igitur Cellas penuaria dices,
 Exemplumque etiam plenæ vel iudice Phœbo
 Non rebus ſiſtes fluxis, ſed Pallade cellæ.
 Cura laudandis Genitoris ROTTHIUS implent
 VOLMARUſque Scholæ Patriæ clariffima rebus
 Lumina, Subjiciunt donis mox plura repôſtis
 Magdeburgiaci firmiffima fulcra Lycæi,
 POTTIUS & CUNO. Cumulos accedere ſpectas,
 Poſt Halberſtadii plures, curante SCAPERO,
 Et qui præſtat adhuc multum tibi charus amorem,
 CUBENIO. Voluit ſed res augere receptas
 Ipſe PATER PATRIÆ. Diſtat Serveſta vocatum
 Principis auſpiciis igitur, ſeu KLETTIUS addat
 Divitias varias, ſeu quem vis laude notari
 Non ſine præcipua, LIMMERUS munera promat.
 Ad nos inde venis. Quantum hic conferre licebat!
 Fert CYPRIANUS opes multas clauſtrisque recondit.
 Dat largam ALBERTI, quâ non durantior, eſcam.
 Dat RECHBERGERUS, quæ nondum Patria profert.
 Confertque HARTIADES per longa manentia ſecula,
 FRIDRICUſque pari dono GROſSERque colendus,
 Sed juvat & Sacris faciendis jungere dotes,
 Seu puram SCHMIDIUS portet, GÜNTHERque farinam,
 Seu far SEELGMANNUS carnemque hoc more ferendam,
 Arboreosve vehat virtus CARPZOVIA fœtus,
 Dulcia ſive ſuant RIVINI mella benigni.
 O DEUS! in quantos Cella hæc ſuffecerit uſus!
 Quamque hoc gaudebis tibi Patria! Maximus ipſe
 Munifica ſtruxit nam veſtra in comoda Princeps.

XIX. GA-

GABRIEL Groddeck/
Gedanensis.

GRODDECKI, poteris commercia scribere recte,
 Hoc incrementis quæ florent tempore magnis.
 Dantisco, Patria nil mercurialius urbe est.
 Mercantumque caput felix Pater. Ipseque merces
 Aonidum multo doctas sudore parasti.
 Vendidit egregias primum tibi Patria dotes.
 Divitias promsit Solymæ SCHELWIGIUS omnes,
 In tam divinis vir versatissimus oris.
 Europæ promsit totus quæ porrigit orbis,
 SCHULTZIADDES, seu nunc jacent sua munera gentes,
 Seu prisca etiam placeat conducere merces,
 Non mercatura tam ROSTEUSCHERUS equorum
 Clarus, quam Phœbi commissa negotia tractans.
 Plura addit TITIU Sque & ROSTEUSCHERIUS alter,
 Naturæ HEYSSÆU Sque avidis miracula vendens,
 Fatorum mundo quos vis jam demit acerba,
 Quodque vices TITII qui cepit, BÆHRIUS affert.
 Omnia mercatu fervens sed Lipsia præstat,
 Rebus splendidior multis Phœnicibus ipsis,
 Et Tyriæ superans clarissima nomina stirpis.
 Quot non divitiis mentem RECHBERGIUS auxit?
 Quam gemmam CYPRIAN non monstrat, quodve metallum?
 Quid non ALBERTI tibi profert ditior Indis?
 Artificum manibus SCHMIDIUS fert facta peritis.
 Frugibus ast cupidum satiat CARPZOVIUS agri.
 Dulces si que velit quis degustare liquores,
 Sufficit ipse Oleas OLEARIUS, aptaque vina.
 Quicquid Arabs & Persa tenet, dedit esse ZOEGA.
 Nec nulla ERNESTI ostendit, quæ scruta placerent,
 Cernere quando licet tam plenam, ferte, Tabernam.
 ALBERTI miratur opes, largissimus hospes.
 Dent usum Illustris faciet Patriæque Senatus.

XX. JOH.

JOH. CHRISTOPHORUS Hübler/
Chemnicensis.

Felices, HUBLERE, Tibi depingere sylvas
 Competit, & pulchros decoratos fructibus hortos.
 Saltibus inclusa est, quæ primas tradidit artes,
 Patria. Sed quæ Te complevit Lipsia rebus,
 Vel Paradisiacis credenda est congrua septis.
 Inter piniferos fecit succrescere lucos
 Mentem aptam studiis, fervans tot pectore Musas
 SCHVLTZIVS, ostendunt nobis quot roborâ frondes,
 Aoniæ Rector clarus nunc duxque juventæ:
 Qui teneræ sparfit fonte apto semina mentis,
 Tempestate juvans KRANWITTE RV Sque benignâ:
 Qui longo enectæ morboque exaruit instar
 Arboris ARNOLDUS, quondam stirps optima, pulchro
 Viresque inspirans crescenti flore vireto.
 Sic est principium. Cultum efflorescis in hortum,
 Lipsia ut accepit. Divinæ ex stipite mentis
 ALBERTI implantat, promissæ balsama sanctis
 Terræ: MENCKENIUS Sque rosas, & lilia grata.
 Invexit nardum, violasque HESHUSIUS albas.
 FELLERI, accedunt flos grati amaranthus amoris,
 Quasque ex distinctis quærit RECHBERGIUS oris,
 Hisque iterum vireant terris, arte efficit, herbæ.
 In spatium longum quæ durant HARDIUS infert.
 Includit septo pomis arbuta ferendis
 MARQVARTUS, Syriæ loca perreptansque, ZOEGA.
 Et quem vix ullum credas superare Magistrum
 Salvia, MEISTERVS, seu sit lactuca serenda.
 Delicias an rex tantas possederit unquam,
 Dicite. Prima boni sed conservabit origo
 SCHVLTZIVS ipse etiam: Communes CRVSIVS hortos
 Quique tegit Patriæ; sancti HILGERV Sque Sionis,
 Hortorum in flores proni fructusque Patroni.

XXI. GEOR.

GEORGIUS CHRISTOPHORUS BRENDELIUS,
Plaviâ - Variscus.

FLoruit hoc etiam nobis facundia seculo.
 Thomafios sistit Rappoltos Lipsia testes,
 Multa Buchneros svada Witebergaque claros.
 Hoc docto poteris, BRENDELI, exponere versu.
 Verbis quippe vales etiam. Patriæque disertâ
 Funeribus summos lingvâ sæpe addis honores.
 BARTHOLOMÆUS erat primus, qui fundere verba
 In patria docuit, TROMMERUSque arte canendi
 Pollens. Post illos dat Budissina Magistros
 ROSENBERGIADEM Schola, WAGNERUMque politum.
 Sufficit illustris plures Jena inclyta Musis.
 Panfophicas dotes prompto HEBENSTREITIUS ore
 Porrigit & SHMIDIUS par, quo se Pindus in astris
 Sublimis monstrat, gentique addictus Eöæ
 DANTZIUS. In Sacris facundus plurima præstat
 GOETZIUS, ut numero, rebus sic Tullius ingens;
 Nec minus eloquii ZILLICH per pondera clarus;
 Quique loco VELTHEM BEYERque priore ferantur,
 Digni, & BECHMANNUS doctorum clara sacrorum
 Buccina. Quin etiam multa affert Lipsia dona.
 Dic mihi, quis SCHMIDII, quis svavis voce labores
 Justa OLEARIADÆ dicat? DICELIUS ore
 Quodque dedit docto: GÜNTHERUS dulce Sionis
 Flumen, Romanæ flumen RECHBERGque loquelæ?
 Sed Tu parta tene, jactaque ita munera. Norunt,
 Atque ornanda putant, ALBERTI, Hortensius alter;
 Templorum HORNIADES, splendor Phyluræa tuorum;
 Quo non Svada facit sua verba fluentius ipsa,
 Cizensis Nathan LUDWIG venerabilis aulæ;
 Plavia quemque fovet sanctorum gloria vatam
 HEIFFEL; quique minus non ornant Præsule, cives
 Dilectæ cuncti Patriæ, totusque Senatus.

D

XXII. Gott.

Gottfried Hoffmann/
Ileburgensis.

AUlicus es, dilecte, mihi. Ergo dicere tentes,
 Saxonica in varias stirps ut succrescat in aulas,
 Dresdensem sistens cultis sermonibus arcem,
 Weissenfelsensis sublimia culmina fedis,
 Cizensemque domum, quamque ornant nomina Martis.
 In te permultas Phœbus sibi struxit & ædes,
SOMMERO in Patria primum fabro usus utroque,
PETTRITIIque manu, studio **ANDREÆ**que fideli.
 Thomani artifices subjecit Lipsia Ludi,
SCHELLIADEM lapides numeris qui traxit, ut Orpheus,
 Structuræ, faxisque domum lignoque struentes
 Endæum **LEIPNÛTZ** &, quo non plenior arte,
STÛBELIUM, Icarius genitor, vix quique meretur,
ERNESTUM, dici. Sed sic primordia rerum
 Prima vides tantum. Variis conclavia Divis
 Hac arte ante alios pollens Academia fecit:
 Multis **ALBERTI** construxit templa Deabus.
 Aptam manu **SCHMIDII** perfecta est mansio Svadæ.
 Phœbi consuluit tectis **CYPRIANUS** Achæi.
HESHUSIUS male sit facit orto neve Stagira.
 Pallada **MENKENIUS** dat rectè habitareque possit.
 Ipsum **FELLERUS** format Pindumque Camœnis,
 Affecta **ERNESTI** postque hunc habitacula tractans.
 Ut taceam, **HARTIADES** simili cura que **FRIDRICUS**
 Quæ loca finxerunt multos communia ad usus.
 Quin adytum fecere etiam sanctosque recessus
 Divino Uriades ductu **CARPZOVIVS** actus,
 Olgabi Uriadæ tanto junctique **ZOEGA**,
 Præcipuè **SCHMIDIUS**, nulli **GÛNTHER**que secundus.
 Dicite, si qua domo descripta hac regia præstat.
 Quis non ornandam putet? inprimisque benignum
 Ilenbergensi se sistet in urbe Senatus.

SPes est, felicem clausurum hæc secula finem.
 Sidque affirmabis, WEISI. Si patria spectem
 Mœnia, cygnus eris nobis, venerabilis oscen,
 Fatidicusque ales. Promittunt nomina fausta
 Cuncta etiam, prudens seu vis proferre futura,
 Seu candore placet res nobis promere lætas,
 Quin ex perspectis propones omina rebus.
 Ante omnes dictus grata mente optimus augur
 Plurima Dresdensis monstrat GELENIUS urbis,
 Sive daret victum, res ipsas sive doceret.
 Non alia de te meruit benè Lipsia causa.
 Non datur ALBERTO illustri divinior auspex,
 Certior haud generi GÜNTHERI præpete Svada,
 HORNIA D' Aque, pari qui præstat munere, sancto.
 MENCKENIUS Delphos animo complectitur ipsos.
 Mentemque ostendit CYPRIANUS Apolline plenam.
 Ammonis dicas FELLERI oracula pectus,
 RECHENBERGIADEM centumque tenere Sibyllas.
 Spiritibus fervet vatum DICELIUS actus.
 Multa affert spectans pecudum HARTIUS exta ferarum,
 Consilio hoc tractans mactataque corpora LANI,
 Sed quid res nobis opus est afferre profanas?
 Non vanum servant, verum sed pectore Numen
 CARPZOVIUS, ductique Deo, quæ fata futura,
 RIVINUSque docent, junctusque ITTIGIUS aris.
 Hæc ergo instructus nobis bona præcinis arte.
 Quin bonus ipse tibi, WEISI, cane prospera vates
 Auspicio egregio. Quæ sunt felicia, non tam
 Adventura ferunt, largo quam munere præstant
 MARCIUS affectu Genitor, non Vitricus; apto
 Dresdensi augurio SCHMID sumtus præcosioni;
 Dictis jamque focus operans SEEBISCHIUS ardens.

XXIV.
ADAMUS BALTHASAR Werner/
Uratislaviensis.

Cæsareæ Domini civis, WERNERE, Viennæ
Nostra Augusteo compones tempora seculo.
Et mirum! similes quàm res offenderis omnes,
Summoto Martis piratarumque furore
Cæsaris Augusti imperio commercia florent.
Lipsiaci spectant mercatus sæpè parentem,
Chare, tuum plenumque bonis sine clade remittunt.
Eductos juvenes rectè Augusti exhibet ætas.
Nostrorum exemplum præbes, WERNERE, bonorum,
Firmantque effatum, qui Te tractâre, Magistri,
Mater Bresla, Tui splendentia Numina Pindi,
VICCIADÆ Charites, magnusque ACOLUTHUS Apollo,
Terpsichore THOMAS, docta HERMANNUSque Thalia,
HANCKIADES Clio, celebris Polyhymnia cantu
GRYPHIVS, Euterpe MAJOR, BOGENIVS apta
Musa metro, Uranies cœlestis KRANTZIUS instar,
Rebus Apollineis pollens ACOLUTHUS & alter.
Tempore Romano doctos Augustus amabat.
Sunt eadem nobis. Tenui taceatur avenâ
ERNESTI modulans. Præconia tradit Apollo
Artibus HESHUSII, RECHBERGER Ique colendis.
Pectora MENCKENIUM miratur Pallade plenum,
Et madidos SCHMIDII divino melle lepores,
Judicium HARDIADÆ variis rebusque subactum.
Justitiæ multo fervebat Roma labore.
Menti FRANCKSTENIVS WERNERI BARTHque capaci
Legum divitias dant & MENCKENIUS omnes,
Et TITIUS, Themidos qui maxima lumina spargunt.
Sumebat dignos quondam vir doctus honores.
Non Tibi LIPSIACI deerunt, WERNERE, POLONI.
Sique probus repetas patriam, vel Cæsaris ingens
Auspiciis BRESLÆ tradet Tibi multa SENATUS.

XXV. PE-

PETRUS Stappenbeck/
Stralsundensis.

TEmpestate equidem periere & fulmine multi
 Haftenus, & saevis ventorum atque æquoris iris.
 Sed conservavit nostras hoc tempore proni
 Numinis incolumesque fovet clementia terras.
 Fulmineum, Dilecte, fretum tua patria monstrat.
 Rerum igitur poteris, quod dixi, exponere gnarus.
 Securumque etiam gestas in fulmina pectus.
 VEHRIUS in patriâ faciendis WOLFque fatigant
 Artus aggeribus, multo sudoreque WASMUND,
 WILLICHIUSque madent, multumque hac arte probatus
 HEILGENDORFIADES, studio ardens WENDque tuendi.
 Opponunt alias in doctâ sede Roseti
 Dædalio instructus MULLERVS munere moles,
 CANTZOVIVSque maris tempestatumque peritus.
 In Gryphum impediit Sylvis DASSOVIVS, HENNING,
 GEBHARDque exitium RANGO, ROSONOVIVS instans.
 Et quos non fecit tandem tibi Lipsia muros?
 Muniit in ventos RECHBERG, CARPZOVque furentes.
 Declinanda docet charis SCHMID fulmina rebus.
 In nimbos operit RIVINVS tecta cadentes.
 Ne saevi Oceani noceant OLEARIVS æstus;
 Neu charam accendant GUNTHERUS fulgura sedem,
 FRIDRIVSque cavet, neu sternat gramina grando,
 HEINIVS & MARQVARD firmus, validusque ZOEGA.
 Neve malis credas mentem tutam artibus esse,
 Ecce affert laurum, quæ pellat fulmina, Phœbus.
 Nec timor auxilium est ut res vanum afferat ista.
 In spem curabunt poni FRIDLIEBIVS istam
 Astrææ tonitru; armentum SCHÆFFERque regendum
 A nivibus servans Domini; ventosque regentis
 LEMMIADES symmysta Dei; qui spicula primus
 Dispensat summi BAUDWINque & tela Tonantis.

Dictum ergo est, habeat quàm prospera secula felix
Misnia, ut hocque aliis præcellat nomine terris.
Nil superest, sacris quam structa altaria flammis
Ut caleant, seu sint pro tantis rebus agenda

Grates, seu votis fas sit cœleste precari
Numen profusis, ut præbita dona supersint,
Perpetuo exhibarent sinceraque gaudia fluxu.

Famque parant etiam, faciant ut debita, cuncti,
Devotique omnes admorant corpora templis.

Incidit at medios velut inter Diva clientes

Quæ nuper Domino conjuncta est lege Marita,

Ipsa etiam assidue adstaret fumantibus aris,

Pro populoque Deo Princeps libamina ferret.

Lati ergo exemplo tanto, fausta omnia credunt,

Remque ipsi mandant populo pariterque precanti.

Quodque novis, memores, nondum sua munera tædis

Obtulerint, lætum thalamo simul addere carmen

Constituunt, Dominae faustum pietate verendæ

Sperare ostendat quod secula Georgica finem.

Tradere, quod sequitur, remq; hoc Epigrammate visum
est:

Et pacem & victum nobis viresque valentes,

Quæ noxas poterant, motis, inferre nocentes

His servant annis currentia tempora centum;

Seu primus posset præstare GEORGIUS Heros

JANORUM, primo surrepto sive Secundus,

Teutonici Imperii fulcrum seu Tertius ingens.

Sed

Sed rebus finem decedunt ante supremum.
 Affectis igitur sua complementa daturus
 Quartus adest, retinens virtutem mente cadentem,
 Uno exempla trium præstansque in Principe Patrum.
 Utque fides verbis constet, quod defuit unum,
 Optatis etiam tædis venit ecce marita,
 Majorum ex numero Dea, soli augereque censum
 Cui fas es Charitum, tam grato ex ordine quarta;
 Blanditiis Dominum reddens ad magna potentem,
 Et mundo illustri spem fundans prole futuro.
 Nota est tanta salus. Stabilisque ut pervolet urbes,
 Non est, qui templum non vilat, votave fundat
 Summum commotura Deum. Præit ipsa Sacerdos
 Sacra velut Princeps, templis defixa focisque
 Assiduè. Fauste credas ut secula claudat,
 Cælo ipsam omisso Pietatem accendere fumos.

* * * * *

*Argumenta, de quibus in laudem seculi verba
 fecerunt Magistrorum singuli.*

- I. Unde nomen Georgicum sumatur.
- II. Quid per vocem seculi intelligendum sit.
- III. Hoc seculum posse etiam Johanneum dici.
- IV. Distingvendum esse à temporibus Georgii, Alberti Animosi filii Mauritiiq;
Electoris patru.
- V. Ex heroibus seculi Georgici Joh. Georgius I. ejusque inprimis vivacitas.
- VI. Majores quatuor Georgiorum, inprimisque Henrici, & ex his, qui Prussos ad
fidem Christianam convertit.
- VII. Joh. Georgius IV. ejusque Serenissimus Frater.
- VIII. Joh. Georgii III. laudes.
- IX. Quatuor Georgii omnes simul.
- X. Joh. Georgius II. ejusq; ante alia studium sacrarum literarum. XI. Vir-

- XI. Virtus bellica Heroum, qua patriam defenderunt.
 XII. Remoti à terris Saxonis per hoc seculum hæretici.
 XIII. Oblata insignia per centum annos providentiæ divinæ specimina.
 XIV. Redundantia ex pace Osnabrugensi in Saxoniam commoda.
 XV. Vini, potulentorumque aliorum proventus.
 XVI. Lusatia ad Electores Saxonie rediens.
 XVII. Coniuncti per illustria matrimonia Domui Saxonice & Germanice & peregrinorum populorum Principes.
 XVIII. Granaria & conservata & instituta.
 XIX. Commercia florentia.
 XX. Sylvarum hortorumque amœnitas.
 XXI. Eloquentiæ ubertas.
 XXII. Succrescens in domum Dresdensem, Weissenfelsensem, Martisburgensem & Cizensem, quæ ex Alberto Animoso est, familia Saxonica.
 XXIII. Feliciter clausum iri hoc seculum, augurium.
 XXIV. Instituta inter tempora Romanorum Augustea & seculum Saxonie Georgicum comparatio.
 XXV. Provinciarum à tempestatibus exitium ultimum inferentibus immunitas.

Accedit, quod Magistri singuli illustrarunt,
Potentissimo Electori

JOH. GEORGIO IV.

Ad excipiendum homagium d. 28. Decembr. M. DC. XCI.

Lipsiam solenniter ingresso ab Academia oblatum carmen.

Ingreditor, Sperata Salus, Celsissime PRINCEPS,
 Augmentum rerum excellens, & perfice seculo
 Per similes genere acceptas & nomine PATRES
 Divitias nostro, partis tua munera grato

Consumma JANUS vestræque GEORGIUS orbi.

Saxonicas dudum vulgarunt sidera laudes.

Quis non gesta olim, non bella recentia profert?

Sarmatico tincti maduerunt sanguine campi.

Nemo sacris reditus non novit cœtibus auctos;

Hospitium exulibus dulce exhibitumque Camœnis;

Quæsitæque novas urbes, & munera pacis. Omnia

Omnia sed jungit cœleste hoc tempore Numen,
Quæque olim variis vicibus sunt tradita dona,
Per Divos effudit AVUM, PROAVUM QVE PATREM QVE,
His quod centenis, ævum hoc, concluditur annis,
TEque bonis, HEROS, finitur PRINCIPE rebus.

Nosceris. Et quorum par est ut munere cæso
Placeris, flammæ ad dandum accendere cernis
Suffitum, atque alios, quos sumes Numen, honores.

Officia ipsa sibi promittit Cæsaris Aula,
Ingredienda Tibi Divi & vestigia PATRIS,
Queis poterit, rebus gestit studiisque mereri.

Devotos facilis cultus Germania turmis
Saxonicis præstat, meritis parca ante, receptis;
Debita in auxilium fomenta offertque futurum.

Quid dicam auditos laudâsse ad maxima vires
Virtute egregios legatos facta paternas,
Quos Batavus misit, quos cincta Britannia ponto,
Et queiscunque suam fervor curare salutem.

Nec subjecta Tibi gens munera segnior offert.
Quod dabis, agnoscunt, quæ Numina Misnia servat,
Najades, & Satyri, Faunisque, Palesque, Ceresque,
Quæque urbi præfunt domibusque, Astræa, Laresque,
Inque suam excipiunt voce omnes supplice lucem,
Qui præsto es, Dominum, mox complementa bonarum
Lati appellantes, mox & compendia rerum.

Ante alios Musis ad se reverendus Apollo,
Quæ percepturæ sint gaudia, more vocatis,
Ut dicat, jam facta docet, quæ præstita quondam,
Artis jamque memor propriæ, plenusque futuri
Exponit, VENIENS veluti vestigia PRINCEPS
Magnorum absolvet Patrum imperfecta secutus:

Stipatæ multis, ait, ergo accurrite, Natæ,
Quæ bona vobiscum capiant, & psallite, Nymphis.

E

Lati-

Lætitiæ ecce aperit nobis se grande profundum.
Elapsa EXEQUVIS Diva ex ILLUSTRIBUS ingens,
Res cui vasta novas licitum est dare ferreque mundi
Per juga remigio alarum celerique volatu,
Post alias etiam laudes felicia vulgat
Tempora. Datque sonos nostris fortè auribus istos:

Extollit primus Saturnia secula mundus.
Judæa Imperio Salomonis floruit amplo.
Gallia Ludvicos, Henricos Anglia jactat.
Tempora Saxonica laudant præsentia terræ.
Sexcentos orbi post mille ut clauserat annos,
Incepitque novum juvenescens volvere seclum,
Postquam post paucos *Christjanus* cesserat annos,
Unus erat JANUS virtute ætateque magnus,
Tempora direxit qui prima GEORGIUS HEROS.
Quos medio posuit fluxus rerum Arbiter, ALTER
Tractavit. Fini venienti TERTIUS instat
Consiliis & sorte bonis, quando occidit, actis.
Principibus dicat satis *his quis* præstita terris?
Seu qui porrexere, velis spectare Potentes;
Seu quibus in rebus licuit felicibus esse;
Seu quod non parvo spatio data dona stupemus.

Ensiferorum armis expulsa est turba malorum.
Quid melius credas? Lateant ut nomina Regum,
Progenerati alto tamen omnes sanguine splendent,
Et vastum illustrant factis sublimibus orbem;
Res Majestatis nacti & bona digna coronis;
Hoc magis eximio decorati semper honore,
Quod res immensas peragunt sine nomine justo;
Excessura locos habitos præstare parati,
Et titulo populis fecisse minora timentes.

Res ipsi melius me commemorare potestis.
Inprimisque tuis bene factum est, Phœbe, Camænis.

Inter-

Internam à vestris oris vim depulit *unus*;
In pacis *medius* fecit florescere rebus;
Externos prohibet Mars alter *TERTIUS* hostes.
Quæ non obvenient dotes, si dicta feratis?
Cuncta ut dat, pacem quicumque paraverit almam,
Omnia sic, remouet qui bella, nocentia pellit.
Quod placeant, inde est, altaria Lipsica multis,
Eusebie intemerata offert quod dogmata sacra,
Quod varias Astræa potest exponere leges,
Officia infirmis sua quod dat Diva medentum,
Monstratisque vias, sapiens ut crimina vitat:
Quin etiam nidos quod cernis culmine vestros
Splendidiore urbem decorantibus ædibus auctos;
Et donatum arcet vexantia frigora lignum.

Quæ vobiscum alii taceo communia sumunt,
Et cuncti laudant montes & flumina cuncta,
Quæque urbes & prata tenent, & quicquid agrorum
Pingvior ubertas à Principe parta gravavit:
Ut rupta immitis Clothus non fila verentur,
Summani aut ne parca socrus frumenta recuset;
Bello ut finito Mars tela obtundit & hastas;
Ut culta lætus recreatur vite colonus;
Pomaque sufficiunt horti; cum conjuge tutus
Proleque sectatur prosperrima tempora conjux.

Sed non parvò etiam vobis bona tempore *durant*.
Quæ sensere alii, clausit fors finibus arctis;
Faula ut res uno Augusto Romana fovetur.
In spatium extendunt vestra at se gaudia longum,
Et serie Dominos varia dat Misnia multos,
Uni succeditque alter, tantosque bonorum
Nunquam interrupto solvunt *TRES* ordine census.
Hæc effata viæ insistit, pergitque volando,
Mox populis, restat quicquid, dictura petendis.

Materiamque novam sibi sumit. At ipse parantem
Ire interpellans, licuit quantumque, vocatam:
Siste gradum, moneo. Dicenda haud omnia nosti.
Jam novus egregias fortunas auxerit **HEROS**,
Par animo donisque amplis & nomine tanto;
Continuare alacrem quem facta priora videmus,
Et gestis cumulos non parvos addere rebus.
Pallida facta prius perimet nunc Lilia Ruta,
Quam patriis manibus porrecta venena struebant,
Hoc Geticoque gregi veniet mors *Principe* certa;
Nunc fructus sequitur, ceu flos pulchrè antè virebat,
Et prius ostensas dotes nunc horrea condunt,
Et sperata prius capimus jam gaudia rebus.

Audiit, & monitis cœpta his ferventior urget,
Persequiturque viam sumtam, jungitque peractæ
Latitiæ faustis instantia jubila terris.

Auguron auspiciis, Musæ, Ipse at prospera firmis.
Optima stirps spondet grandis, velutique columbas
Non generant Aquilæ timidas; Sic commoda vasto
Summa feret mundo, quem vivere semine natum
OTTONUM veterum, **DIETRICI**, acrisque **VIPRECHTI**,
CONRADI, **ALBERTI**, quos & gens inclyta porro
Jactat Avos astris, præstareque pristina facta,
Majorem innumeris rebus virtuteque, constat;
Et cui **MATERNUM** vires cum lacte paternas
Multiplicare **GENUS**, clarum est, nec robora cedunt
Danica Saxonibus, menti & se jungere spectas
Principis accensos animos regalibus iris.

Auxere innatas vires præcepta docentum;
Seu bona perciperet Divi monita ipsa **PARENTIS**,
Et qui præcedebat, **AVI**; seu verba moverent
Ad facta **EXCELSÆ** stimulantis maxima **MATRIS**;
Seu quorum summis spectata **PARENTIBUS** ingens
Primam

Primam ætatem habuit virtus, audire placeret
Consilia ad dignos tendentia Principe nisus;
Seu veterum offerrent se fortè exempla virorum,
Occisique hostes legerentur, tempora pacis
Rexisse auspiciisque bonis laudanda Potentes.
Non, multa, exponam, quas sæpe exercuit, artes
Persvasisse avidæ virtutem discere menti?
Adversa quoties gladiis bene parte petitâ:
Sic hostes prohibebo meis, prædixerat, ense
Finibus? O quoties iterumque iterumque volutis,
Civibus auxilio oppressis his venero, libris?
Ædibus intentus quoties domibusque fruendis,
His firmabo urbes dilectaque mœnia rebus?

Quid de divinis vobis virtutibus addam?
Quid veræ melius calido pietatis amore?
Non qui sit, memini, sacris addictior aris.
Non cui chara magis cognato sanguine res sit,
Augustum dicas, si possint esse Marones.
Sique Philippus erat *Genitor*, cur victor haberi
Filius haud Asiæ possit domitorque superbæ;
Sicut & ut Carolus prosternet milite Gallos?
Vivere quin Tito fertur moderatior ipso.
Sævitiâ regnum mota Clementia servat;
Cauta Duce hoc pudefacta rubet Prudentia viso.
Nemo justitiam nunquam intermissius ardet.
Non quod sit queritur mundo res mortua Candor.
In miserasque preces nil gaudeo pronius esse.

Et quid multa loquor? Faciunt, quæ præstitit **HEROS**,
Ipsa fidem. Hocque magis dona absolvenda putate
Præbita, quod rebus præsens interfuit actis,
Claudere quæ fausto cœpere hæc secula sine.

Desiit. At Musæ sacra ad facienda paratæ,
Prostratæ in terram precibus cœlestia pulsant,

E §

Et

16. 2057 04
Et fufis pu o de corde palatia votis,
Ut fiat, Præfes dicat quodcunque futurum;
Devotæ manibusque, oculisque, & pectore totò.
Officiis fponfis prompte ftudiisque ferendis;
Ipfam pro Celfo posituræ PRINCIP E vitam;
Apta etiam tenui portantes munera forti;
Parvi excufantes ne fpernat thuris honores;
Pindo exoretur niveo & candore, precatæ.

Complacuit Pietas cœlo manifefta Dearum.

Dumque venit DOMINUS, dio adfunt omnia juffu,
Tempora quæ faciunt felicia, Numina, terris,
Gloria, Prosperitas, Concordia, Gratia, Splendor,
Intemerata Fides, & Honos, & Copia rerum,
Ordo, Valetudo, Decus, & Pax alma, Senectus,
Divitiæ, Lux, multus Amor, Vigilantia, Robur,
Ipfâ Salus, Probitasque viris cultiffima fâctis,
Hostiles reprimensque gravis Victoria motus.

Pieridum ex his pars offenfa fêde recumbit,
Ut Te felicem reddant, Academia, Matrem,
Quæ poterant noxas, pulsis, properare nocentes,
Efurie, Morbis, ferrò frendenteque Bello,
Et quæ, Pigritiâ, quod Mars vi, fraudibus infert.

In femel invento comitatu cætera pergunt,
Ipfe fibi PRINCEPS VENIENS, factura, quod optat,
Quodque Ceres Faunisque vovent, & Najades udæ,
Preffa & pro patria Reges pia bella gerentes,
Quodque opibus noftris expofcunt fœdere juncti,
Spe fuffima Augufi completa Viennaque fêdes.

Interea populus concursu gaudia factò
Sæpe iterata fibi peragit lætiffima, SECLA
Saxonix annumerans ad fauffa GEORGICA fauffis,
Aurea quin toti fpondens fua tempora mûndo.

(S) O (S)

mc

Primum
Constit
Sua ver
Occidit
Rexille
Non
Petrus
Adver
Sic hot
Finitur
Civitas
Adip
His
Quid
Non
Non
Aug
Siqu
Fama
Sicut
Viver
Seri
Cana
Nemo
Non
In
Ipsa
Prin
Clau
Profi

ULB Halle 3
004 777 999


f

1007

me





h. 41, 39.

ELECT
GE

M. JOH

TYP

ORO

MAJ. PRINCI

MAJ. PRINCI

2.

ONICI
UM

RNESTI

CHERI.

DR. C

MAJ. PRINCI

MAJ. PRINCI

1751

Vc
2352

